

PETRI DE BELLA PERTICA IV.

reconsulti Gallorum clarissimi,
in libros Institutionum Diui
Iustiniani Sacratiss.prin=
cipis, Cōmentarij lon=
gè acutissimi.

DE QVORVM MEDULLA EXCE R=
ptas sententias, quæ uocat Summaria, singulis paragra=
phis iam primum collectas præfiximus, Indicem demum
alphabeticum ex eisdem compactum adneclentes.



L V G D V N I
APVD HÆREDES SIMONIS
VINCENTII.
M. D. XXXVI.

Coll. Soc. Iakov Salam, ex dono Regum





ICIT RVBRICA.

In nomine dñi nostri Iesu Christi. Imperator Iustinianus Cæsar, flavius, Frācūs, Germanicus, Gotthicus, Vuādalicus, Afri canus, Alemanicus, Pius, Felix, inclytus, uictor ac triumphator semper Augustus, cupidæ legum iuuentuti, salutem.

- 1 **Iustinianus Imperator fuit Christianus.**
- 2 **Imperator ab imperando dicitur, ut nomina sint rebus conformia.**
- 3 **Iustinianus à iustitia dictus est.**
Cæsar quare uocetur Imperator.
- 4 **Literæ principis falsæ reputantur, in quibus non omnes ipsius dignitates recensentur.**
- 5 **Cōsuetudo patrisfamilias semper attendēda.**
- 6 **Testator omnia hæredis nomina exprimere tenetur.**
- 7 **Meum magis dicitur quod ex probitate mea mihi quæritur, quam quod ex successione.**
- 8 **Felix dicitur qui diuitijs affluit & fortunis.**
- 9 **Augustus dicitur Impator ab augendo, quod semper augere tentet imperium.**
- 10 **Donatio facta ecclesiæ per Constantinum auctoritatem ualida.**
- 11 **Imperator dicitur imperij administrator.**
- 12 **Donatio principis ualida non potest per successorem reuocari.**
- 13 **Dicta in præfationibus censentur repetita in subsequentibus.**
- 14 **Ecclesia præscribi & præscribere potest annis quadraginta.**
- 15 **Subiectio an & quando præscribi possit.**
Publica quæ præscribi seu usucapi possint, & quæ non.

Proœmium.



M P E R A T O R I A M
maiestatem &c. Istud proœmii
ut scitis non cōtinet magnum in
ris ministerium, sed ostendit im-
perator qualiter processit con-
dendo librum istum. Ideo si uul-
tis non ponam casum nisi semel.

Et pro euidentia scire debetis quod in isto proœmio sic
pcedit imperator Iustinianus. Primo excusando se qua-
re non uacat armis continue, ponit ea quæ decent impe-
rialem maiestatem. Secundo dicit qualiter decentiam im-
perialis maestatis feliciter impleuit. Tertio dicit quali-
ter præcepit istum librum per quosdam uiros componi.

Quarto iuuenes auditores alliciendo eos excitat. Pri-
ma pars incipit in principio & durat usque ibi quoru.
Et ibi incipit secunda pars, & durat usque ad illum uer-
sicolum, cunque &c. Et ibi incipit tertia pars, & durat
usque ibi, summam &c. Et incipit ibi quarta pars, & du-
rat usque in finem. Ecce ergo casum secundum quod po-
test ponи. Diceret aliquis Imperator uos estis miles & ar-
mis debetis uacare continue: quare est quod confectioni
librorum legalium intenditis. + Dicit imperator quia ne-
cessaria sunt recipublice tam arma quam leges. Nam im-
peratoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed
etiam legibus oportet esse armatam: ut utrunque tempus
& bellorum & pacis recte possit gubernari, & non so-
lū in hostilibus prælijs princeps romanus uictor existat:
sed per legitimos tramites calumniantium iniquitatē ex-

Leges de similibus ad similia extendi possunt. 17
Remedium directum locum habet ubi mens & 18
uerba legis concurrunt.

Corruptio serui & corruptio filij an iudicentur 19
ad paria.

Lex non extenditur contra rationem iuris com 20
munis.

Priuilegium personale personam nō egreditur. 21

Ius publicum triplex est. 22

Fiscum diuitem esse interest reipublicæ. 23



V S T I T I A. *Aduertatis,*
in titulo praesenti, sic procedit
imperator. Primo dicit quid est
iustitia. Secundo dicit quid est iu-
ris prudentia. Tertio infert ex
præmissis. Quarto iuris præ-
cepta supponit. Quinto artem
istam subdiuidit. Ecce casum. Domine cum uelitis tra-
ctare de iustitia, quid est iustitia? ¶ Iustitia est constans 1
& perpetua uoluntas ius suum unicuique tribuens, & Diffinitio iusti-
hoc in primo. Dicatis nobis domine, quid est iuris pru-
dentia. Dicit imperator: iurisprudentia est diuinarum
atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti
scientia, & hoc in secundo. Ex his sequitur. Dicit impe-
rator uisa diffinitione iustitiae & iurisprudentiae nos qui
uolumus exponere iuuibus iura populi romani, ita cō
modissime nobis uidetur posse illa tradere si primo leui
ac simplici uia procedamus, hoc est primo trademus faci-
lia, & postea difficultia, & istū ordinē trademus qualiter
iuuenes possint perficere. ¶ Alioquin dicit imperator si iuris

INDEX.

Vsuræ sunt permittæ, & pœna & pignoris distractio à tempore more effectum recipiūt. de act. §. in bonæ fidei. nume. 13. pag. 737.

Vtilis rei uendicatio an competit quasi domino. de act. §. aliæ. nu. 43. pag. 479.

Vtilis rei uendicatio quando cōpetat, & quando directa. de actionibus. §. omnium. nume. 10 23. pag. 773.

FINIS.

